sufficientem administratae tutellae rationem facere salvo tamen iure proximiorum si qui ex iuris Magdeburgensis praescripto ad hoc gerendae tutoriae munus ius potius habere se probaverint In cuius rei fidem sigillum etc.

Mandatum ad Tenutarium super praestan. defensione bonor. et personar. civit.

Generoso N Capitaneo nostro N et in absentia illius locum tenenti Fid. nobis dilecto gratiam nostram Regiam Generose Fid. nobis dilecte Intelleximus ex querella nomine Honestae N olim nobilis N qui fundorum certorum in Civitate nostra N possessor fuit ac ibidem quoad vixit domicilium habuit relictae viduae ipsiusque filij superstitis minorennis N ex eadem N progeniti quod Nobilis N privata sua quadam potestate contra testamentariam ordinationem dicti olim N a nobis confirmatam Predium quoddam nostri Majestatis debitus subiectum in fundis iurisdictionis civilis N constitutum ipsius olim N proprium non solum occupaverit verum etiam corpus ipsius defuncti in eodem praedio contentum secusque sepeliendum non admiserit a qua parte ut autoritatem nostram interponere et opem ferre dignaremur nobis est pro parte ipsius viduae suique filij diligenter supplicatum quam supplicationem nos aequam esse censentes simulque neminem licitum esse fundorum alienorum iniuridicam occupationem iudicantes Mandamus Fid. Tuae id habere volentes ut pro officio suo quo a nobis perfungitur nequid dictae viduae ipsiusque filio pupillo contra praescriptum iuris communis testamentariamque olim N ordinationem a nobis confirmatam per quempiam violentiae inferatur diligenter provideat et ab eadem inferenda tueatur bona eadem occupata tanquam omnem propriam eisdem libera mittantur corpori sepultura non interdicatur usus fructusque bonorum concedatur ipse vero N siquid iuris ad id se habere praetenderit debita via et ordine iuridicario agat et ius suum prosequatur a qua parte habet Fid. Tua omnem eamque diligentem operam ut iustae voluntati nostrae satisfiat et ut dicta vidua cum suo pupillo filio ab eiusmodi iniuria et violentia quampiam vindicetur idque pro gratia nostra et sui erga nos officij debito Datum etc.

Mandat ut introm in bona iure Caduco obtenta tradant aut super cognitionem iur Fis. ad S. R. M. remittant

Spectabilibus et Famatis Burgrabio Proconsulibus